BIBLIA. ISIDORUS HISPALENSIS. EUCHERIUS LUGDUNENSIS
Admont, 12. Jh. Seite 67r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



67

rio. Et pastores erant in regione eadem uigilantes
et custodientes uigilias nocturnas super gregem suum. Et ecce
angelus domini stetit iuxta illos. et claritas dei ef-
fulsit illos. et timuerunt timore magno. Et dixit illis
angelus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo uobis gaudium
magnum qui erit omni populo. quia natus est uobis hodie saluator
qui est xpc dns in ciuitate dauid. Et hoc uobis signum. In
uenietis infantem pannis inuolutum et positum in presepio
Et subito facta est cum angelo multitudo militie celestis. laudantium
dm 7 dicentium.
Gloria in altissimis deo. 7 in terra pax hominibus bone uoluntatis. Et factum est ut discesserunt a eis angeli in celum. Pasto- Initr.
res loquebantur ad inuicem. Transeamus usque bethleem
et uideamus hoc uerbum quod factum est. quod dns ostendit nobis.
Et uenerunt festinantes. et inuenerunt mariam et ioseph
et infantem positum in presepio. Videntes autem cognouerunt
de uerbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audi-
erunt mirati sunt. 7 de his quae dicta erant a pastoribus ad ipos.
Maria autem conseruabat omnia uerba hec conferens in corde
suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes 7 laudantes
dm in omnibus quae audierant et uiderant sicut dictum est ad il-
los. Et postquam consumati sunt dies octo ut circumcidere pu- Inmt.
er uocatum est nomen eius ihs. Quod uocatum est ab angelo
priusquam in utero concipere. Et postquam impleti sunt dies purgati- Initr.
onis eius secundum legem moysi tulerunt illum in ierlm. ut
sisterent eum dno sicut scriptum est in lege dni. quia omne mas
culinum adapiens uuluam sanctum dno uocabitur. Et ut
darent hostiam secundum quod dictum est in lege dni par tur-
turum aut duos pullos columbarum. Et ecce homo II.
erat in ierlm cui nomen symeon. Et homo iste iustus 7
timorat expectans consolationem israel. et spiritus sanctus erat in
eo. Et responsum accepit a spiritu sancto non uisurum se mortem
nisi uidet xpm dni. Et uenit in spiritu in templum. Et cum indu-
cerent puerum ihm parentes eius ut facerent secundum consuetu-
dinem legis pro eo. et ipse accepit eum in ulnas suas. et be-